

trigesimus

ficacissimæ. Ossa anguïum eundem cum coagulo cuiuscunq; quadrupedis intra tertium diem approbant effectum.

Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos. Cap. iiiii.

DAudantur & cantharides tritæ cum farina hordeacea. Mulieribus malis mēbranæ a partu ouïū proficiunt: sicut in capris rettulimus. Fimū quoq; pecudū eodē usus habet. Locustarum suffitu stranguriæ maxime mulieræ iuuatur. Gallinaceorū testes subinde si a conceptu edat mulier: mates in utero fieri dicuntur. Partus conceptos histricū cinis potus cōtinet. Maturat caninū lac epotū. Euocat mēbrana e canū secundis: si terrā nō attigerit. Lumbos parturientiū potus lactis. Fimū murinum aqua pluia dilutū māmas mulierum a partu tumescentes reficit. Cinis herinaceorū cū oleo peruncta & custodit partus contra abortus. Facilius eniuntur quæ fimū anserinū cum aqua cya this duobus sorbuere. Aut ex utriculo mustelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti i ceruices & scapulas: ne nerui doleant: præstant. Grauidis secūdas pellunt in passo poti. Id em p se impositi: māmarū suppurationes concoquunt & aperiunt extrahūtq;: & ad cicatricē perducunt. Lac devocant poti cū mulso. Inueniuntur & in gramine uermiculi qui adalligati collo cōtinēt partū. Detrahū tur aut sub partu: alias enīti nō patiuntur. Cauendū etiā ne in terrā ponantur. Cōceptus quoq; cādantur in potu quini aut septeni. Cochlearæ in cibo sumptæ accelerat partū. Itē conceptū impositæ cū croco. Eadem ex amylo & tragacantho illitæ profluua fistunt. Prosunt & purgationibus sumptæ in cibo: & uuluā auersam corrigit cū medulla ceruina: ita ut uini cohlearæ denarii pōdus addatur & cypri. Inflationes quoq; uuluā discutiunt exemptæ testis: tritæq; cū rosaceo. Ad hoc astypaleicæ maxime eliguntur. Alio modo africanæ binæ cū foenogræco quod tribus digytis capiatur additis mellis cochlearibus quattuor. Illinuntur alio prius irino succo perunctæ. Sunt & minutæ longæ cādidae cochlearæ passim oberrantes. Ex aresfactæ sole in tegulis: tuſæq; in farina miscentur lomēto æquis portiibus. Cādoremq; & leuorem corpori afferunt. Scabendi desideria tollūt minutæ & latæ cū polēta. Viperā mulier prægnans si transcenderit: abortū faciet. Item amphisbenā mortuā dūtaxat. Nā uiuam habentes in pyxide impune trāseunt: etiā si mortua sit. Atq; adseruata partus faciles præstat uel mortua. Mirum si non adseruata transcenderit grauida: innoxia fieri: si protinus transcedat adseruata. An guis inueterati suffitus menstrua adiuuāt. Anguiū senectus adalligata lumbis faciliores partus facit protinus a puerperio remouenda. Dant & in uino bibendū cū thure. Aliter sumpta abortū facit. Baculus quo angui rana excusa sit: parturientes ad uiuat. Tryxalidū cinis illitus cum melle purgationes. Item araneus qui filum deducit ex alto: capi debet manu caua tritūs q; admoueri. Quod si redeuntē p̄henderit. inhibebit idem purgationes. Lapis ætites in aquilæ repertus nido custodit partus cōtra oēs abortuum insidias. Penna uulturina subiecta pedibus adiuuāt parturientes. Ouū corui grauidis caue dum cōstat: quoniā trāsgressus abortus asperos facit. Fimū accipitris in mulso potum uidetur fœcendas facere. Vulua & duricias & collectiones adeps anserinus aut cygni emoilit. Mammæ a partu custodit adeps anseris cū rosaceo & araneo. phryges & lycaones māmis puerio uexatis iuenere otidū adipem utilē esse & in iis quæ uulua strangulentur: & blattas illinunt. Ouō & perdicis putaminū cinis cadmia mixtus & cæræ stantes māmas seruat. putant & ter circundatas ouo perdicis nō inclinari. Et si sorbeantur eadem: fœcunditatē facere: laetis quoq; copiā. Cum anserino adipe perūctis māmis dolores minuere. Molas uteri rumpere. Scabiem uuluarum sedare si cum cimice trito illinantur. Vespertilionum sanguis psilothri uim habet: sed malis puerorū illitus non satis proficit nisi erucæ uel cicutæ semen postea inducatur. Sic enim aut in totum tollūt pili. aut nō excedunt lanuginē. Idem & cerebro eo profici putant. Est autem duplex: rubens utiq; & cādandum. Aliq sanguinē & iecur eius ammiscent. Quidā in tribus heminis olei discoquunt uiperam exemptis ossibus & psilothri ulce uti tute: euulsi prius pilis: quos renasci nolūt. Fel herinacei psilothri est utiq; mixto cerebro uespertilio nis & lacte caprino. Item per se cinis cum lacte. Canis primi partus euulsi pilis quos renesci nolunt: uel nondum natis perunctis partibus: alii non surgunt. Idem euenire traditur sanguine ricini euulsi cani. Item hirundinino sanguine uel felle.

Promiscuæ medicinæ. Cap. v.

QVis formicarum supercilia denigrari cū muscis tritis tradūt. Si uero oculi nigri nascentiū placeant: soricem prægnanti edendum. Capilli ne canescant: uermium terreno & cinere p̄stari admixto oleo. Infantibus qui lacte cōcreto uexantur præsidium est anguinum coagulum ex aqua potum. Aut si uitium coagulato lacte acciderit: discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dētitionē cerebrum pecoris utilissimum est. Ossibus in canino fimo inuentis adustio infantium: quæ uocatur siriensis adalligatis emendatur. Ramices infantiū laceitæ uirides admotæ dormiētibus molli emendantur. postea harundini adalligatæ suspenduntur in fumo. Traduntq; pariter cum ea expi-